

*Henzen (VI 966 et p. 844). Pertinuit ad templum Traiani memoratum in vita Hadriani c. 49, cf. Iordan top. I 2 p. 464. — Extant nummi cum imaginibus hinc Hadriani, illinc Traiani et Plotinae consecratorum et inscriptione Hadrianus Aug. cos. III p. p. divis parentibus (Cohen<sup>2</sup> 2 p. 246).*

**307** M. Ul[pi]o | Traian[o], | patr[i] | imp. Cae[s.] | Nervae [Tra]iani  
Au[g. Ger.] | Dac., po[nt. max.], tr. po[t. . . . cos.] | VI<sup>1</sup>, p. p., . . . .

*Cuicul Numidiae (VIII 8546). — 1) A. 412 seq. — Postea pater Traianus divus dictus est, testibus nummis (Eckhel 6, 435 seq.).*

**308** P. Aelio P. f. Serg.<sup>1</sup> Hadriano | cos.<sup>2</sup>, VII viro epulonum, sodali Augustali, leg. pro pr. imp. Nervae Traiani | Caesaris Aug. Germanici Dacici Pannoniae inferioris<sup>3</sup>, praetori<sup>3</sup> eodemque | tempore leg. leg. I Minerviae p. f. bello Dacico, item trib. pleb.<sup>3</sup>, quaestori<sup>4</sup> imperatoris | Traiani<sup>5</sup> et comiti expeditionis Dacicae<sup>6</sup>, donis militaribus ab eo donato bis<sup>7</sup>, trib. leg. II | Adiutricis p. f. item legionis V Macedonicae item legionis XXII primigeniae p. f.<sup>8</sup>, seviro | turmae eq. R., praef. feriarum Latinarum, X viro s. i<sup>9</sup>. |

η ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ καὶ ἡ τῶν ἔξακοσίων καὶ δ | δῆμος ὁ Ἀθηναῖον τὸν ἄρχοντα ἑαυτῶν | Ἀδριανόν<sup>10</sup>.

*Athenis in theatro Dionysii, basis statuae eruta a. 1862 (III 550). — Titulus positus Hadriano nondum imperatori a. 412 (cf. not. 10). Idem fere honores Hadriani enumerantur in vita eius c. 4—5. — 1) Sergio tribus fuit Italicensium ex Hispania, ex quibus oriundus erat Hadrianus (cf. Kubitschek imp. Romanum tributum descriptum p. 177). — 2) Consul suff. fuit Hadrianus a. 108 (cf. C. XIV 2242), legatus Pannoniae inferioris eodem ut videtur anno ante consulatum. — 3) Praetorem factum esse Hadrianum biographus (c. 5) tradit sub Surano (vel potius Sura) bis et Serviano iterum consulibus (a. 102), qui consules sine dubio errore positi sunt pro consulibus anni 107, Sura III et Senecione II, tribunum plebis a. 105; munus legati legionis idem memorat inter tribunatum et praeturam. Ex titulo videtur colligi posse munus legati Hadriano iniunctum esse etiamtum tribuno plebis (hoc indicari vocabulo item putat Mo.), certo colligitur legatum eum fuisse usque in praeturam. — 4) Quaestor fuit, teste biographo, a. 101. — 5) Ait biographus, orationem Traiani ab Hadriano quaestore in senatu pronuntiatam esse; id facere debuit Hadrianus ultiote quaestor imperatoris (cf. Mo. Staatsr. II 555). — 6) Teste biographo post quaesturam acta senatus curavit ei Traianum in bellum Dacicum (primum) comitatus est; titulus curam actorum senatus praetermittit, praeterea ostendit Hadrianum cum Traiano exiisse quaestorem etiamtum. — 7) Huc pertinere putat Mo., id quod narrat biographus, Hadrianum a Traiano bello Dacico locupletissime remuneratum esse. — 8) Ex tribus his tribunatibus legionariis biographus diserte memorat primum, indicat etiam reliquos, cum ait Hadrianum post tribunatum secundae Adiutricis legionis in inferiorem Moesiam, postea in Germaniam superiorem translatum esse — in Moesia enim inferiore tendebat legio quinta Macedonica, in Germania superiore legio vicesima secunda Primigenia. — 9) Seviratum et praefecturam non memorat biographus, memorat decemviratum stlitibus iudicandis (2, 2). — 10) Archon Athenis Hadrianus fuit a. 412 (Phlegon fr. 54, Mueller hist. Gr. fr. III p. 623).*